



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 22. Frater Joannes Vicentinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

diſta noverint; & illos, qui se Christianis Sæcul. XIII.  
addixerint sacris, tuo tegas præſidio. Da- A.C. 1233.  
bat 27 Augusti an. 1233. Et vero rem  
promovit Fridericus, ac multos ad sanam  
fidem traductos esse Summo Pontifici  
nunciavit. Muſulmannorum hac in ur-  
be commoratio ei nomen Nuceriæ ethni-  
corum fecit, ut a Nuceria Umbriæ distin-  
gueretur.

§. XXII.

Frater Joannes Vicentinus.

Exiftimatio & authoritas Fratrum Præ- *Sigon.lib.*  
dicatorum crescebat indies præſertim *XVII.de re-*  
in Italia. Bononiæ tunc versabatur Fra- *gno Ital.*  
ter Joannes Vicentinus, qui suscepto Sa-  
cri Oratoris officio, doctrina & virtute  
sua omnium animos ita ſibi conciliavit,  
ut in urbe dominaretur. Cives, rustici,  
artifices, nobiles cum crucibus ac vexil-  
lis eum feuebantur, & omnem suam a-  
gendi rationem ejus folius arbitrio per-  
mittebant: non erat lis, quam non diri-  
meret, vel discordia, quam non placaret.  
Episcopus ipſe ac civitas de jurisdictione  
capitali a longo tempore diſceptantes  
eum petebant judicem, ejus ſententia  
ſtabant. Cum confensu Magistratum  
e carcere emisit illos, qui ob ſola debita  
eo conjetti fuerant, & creditoribus per-  
ſuasit, ut iisdem multum remitterent.  
*Hift. Eccles. Tom. XX.* K Quo-

**Sæcul. XIII.** Quodam die in foeneratores tanta animi  
A.C. 1233. & virium contentione invectus est, ut  
 populus mox ad famosum foeneratorem  
 Landulum nomine properaret, ac do-  
 dum ejus everteret. Fama sermonum  
*Vitæ PP.* illius & miraculorum totam Longobar-  
*Prædic. par.* diam pervadente, ejusdem videndi &  
*3. c. 45. p. 55.* audiendi gratia ingens ex omni parte con-  
 cursus hominum fiebat.

Bononienses tanti viri jacturam veri-  
 ti, per legationem Patri Jordano genera-  
 lia habenti comitia inter alia exposuere,  
 Joannem in ipsorum urbe verbi divini se-  
 mentem maximo cum applausu sparsisse,  
 fructumque speratum per ejus absentiam  
 amitti posse. At ille laudato eorum fer-  
 vore, non magnopere se dicta ratione  
 moveri reposuit. Nam satores, inquieti  
 bat, non portant lectum in agrum con-  
 tum, ut ibi cubent, dum videant, quam  
 multas fementis fruges proferat: sed  
 eam commendant Deo, & alium agrum  
 conserunt. Sic expediret forsitan, Fra-  
 trem Joannem alibi verbum Dei semina-  
 re, secundum illud, quod Salvator dixit:

**Lut. IV. 43.** *Et aliis civitatibus oportet me evangeli-  
 zare.* Deliberabimus tamen hac de re  
 nostris cum Definitoribus, & faciemus  
 ut merito contenti sitis.

**Sigon. p. 44.** Gregorius Papa videns, quantam au-  
 thoritatem frater Joannes Vicentinus ac-  
 quisiverit, ad reconciliandas Italiae urbes  
 eum